

diris devovetatur, mollitem Joannis adversatus, noluerit Joannis vitam ad praeceorum, quas conficerat, vitas adjungere. Nihil est igitur, cur quis miretur, si postquam Carolus Calvus Romanum adiit, quem Joannes Papa tam saepe repetitis litteris solliciteverat, ut Romana Ecclesia Saracenorum armis vexata, atque in extremum discrimen adducta, suppeditas ferret, tam molllis & meticulosus Pontifex praesens & armati Caroli Imperatoris implacabilis Laudunensis Episcopi aduersarii petitionibus, nemine pro isto stante defensor, istud indulxit, ut judicium Duxiacensis Concilii confirmaret sine ulla iudicii forma, ad solius infensissimi simul & potentissimi accusatoris petitionem, & ab Joanne litteras ad Rhemensi quoque pertinacem aduersarii accusatoremque extorserit. Hanc solam tantu[m] facilitatis caussam omni ratione & iustitate aduersam, & perverissimi exempli afferens, quia accusator simul & aduersarius hoc asserit, ergo fides illi ashibenda, & reus indefensus condemnandus. *Carolus (inquit) invictissimus Imperator a nobis diligentissime percussatus circumstantiam iudicii a beatitudine tua Coepiscopique ruis in Hincmarum dudum Laudunensem Episcopum protulit, Apostolatu nostro retulit: agnivimus justum omnino fuisse iudicium: neque enim tanus Princeps nisi veritate fulsum quidquam poterat affirmare. Unde nefas esse duximus ejus relatione non probare incunctanter audirum.* Ita factum est, ut Rhemensis potestate sibi facta, quam constanter praedecessor Pontifex Hadrianus secundus & Regi Carolo & Conciliabulo Rhemensi enixe potentiibus confrater recusaverat, additis etiam ad illos, maxime vero ad Rhemensi litteris, nunc incunctanter curaverit Hedenulsum in locum dejecti Episcopum creari Laudunensem, ne qua dejecto spes restitutionis supereret.

6. Veruntamen Laudunensi ad inam dejectionem depresso serenior denum lux arsis, completanque in ipso fuit divini Psalmista oracula: *Multa tribulaciones iustorum, & de omnibus his liberabit eos Dominus.* Mortuo Carolo Calvo decessi metuendi causa, multumque immunita est tyrannica illa Rhemensis dominatio; quapropter Joannes Papa in Galliam profectus & a Rege Ludovico Balbo qua decebat veneratione exceptus, Synodum in civitate Tricasina indixit novem & viginti Episcoporum, qui ipse trigesimus prefuit. Inter hos sedet Hincmarus Rhemensis, sed deficiente tyrannica post obitum Caroli Calvi formidine, nihil de conquerente palam Laudunensi murire est ausus, ne pristinæ iniquitatis sua mysterium in apertam lucem proferretur. Fuerat post Dusiacum Concilium Laudunensi in carcere tritus, ferrea catena vincitus, deinde crudeliter sine iudicio forma excacatus, sive oculis orbis in misrum exilium deportatus. Hafce omnes arumnas nihil disperulans in auctorem refert Rhemensi Archiepiscopum: ab Episcopis invitatis immo etiam gentibus, quorum multi in Concilio tunc Tricasino erant, se damnatum dicit ac depositum: nec tamen quisquam eorum huic Laudunensi expofolanti contradixit. *Judicium (inquit) prefatus Archiepiscopus super me impo- fuit, ut ab Episcopali removendus esset officio.* Sed alii gemebant flebantque inter quos nullum merebar pati ini- micum. Scripta quidem ab eodem Archiepiscopo ipsis imposta manibus tenentes, sed ore proferre nolentes, inviti vix verba singuliebant, aditum tamen ad Sedem Apostolicam minime sperantes mihi posse denegari. Unde salvo per omnia Sedis Apostolicae iudicio ipsi finem lectio- nis terminavere. Post hac transmissus sum in exilium, in quo per duos annos sanus, sed aliquanto tempore ferro vincitus custoditus sum. Dubius annis ferme peraltis infrae cecatus sum, & usque modo retentus ad vos. *& ad veltra Serenatis piissimam presentem mox ut venire dimisus potui, protinus accessi.* Aimoini historia continua lib. 5. cap. 37. refert, non confessisse Pontificem aliquorum Episcoporum petitionem, ut Laudunensis pristinam sedem resumeret, ne proprio decreto aduersetur cum aliqua fame sua diminutione, quia insensiti Carolo Calvo Imperatori non fuerat aliis displice- re: cuius amicitia ad coercendos hostes tota Italia gra- fantes sibi erat necessaria; ideoque Hedenulphus, sic extorto Joannis consensu, creatus Laudunensis Episcopus, quamvis abdicari humiliter peteret, in sua conser- vatus est dignitate. Ouidquid vero potuit Laudunensi Hincmaro concedi, libens Joannes indulxit, ut sibi li- geret, tametq[ue] caco Missam celebrare, vestibus amictu Pontificalibus, & proutrum Episcopaliu[m] parte poteri. Quanta vero esset Episcoporum in ipsum benevolentia, manifeste apparuit: quia & Metropolitanus, & Provinciarum Episcopi sine piaceptione Papæ, perinde ac solent famulantes Clerici, Hincmarum facis vestibus induerunt, & letitia gestiones in praesentiam Summi Pontificis deduxerunt, indeque sublatum cantantes

in Ecclesiam illum deduxerunt; & signum benedictionis ad populum dari fecerunt. Quam evidenter, quæ haec tenus brevier protuli, calumniosa mendacia coar- guunt, quibus scatet illud additamentum, quod novissime Conciliorum collectioni accessit ad calcem tomis octavi. Illud numero secundum Tricasinum seu Tre- cente Concilium anno Christi 878. Joanne octavo Pa- pa, regnante Francis Ludovico Balbo, celebratum est. Laudunensis porro Episcopi excavatione jure merito damnum Rhemensis five iustifice Caroli Regis, quem omni studio & opera Rhemensis in odium Laudunensis concitaverat, & fortassis occulto consilio susserat & fraudulenter. Ut a seipso illius sacrificia immanitatem de- pelleret vituperium apud homines. Si vero scelus istud ipso Rhemensi Antistite aperte jubente perpetratum est, id non est ab ejus moribus alienum; quippe qui paulo antea nullatenus infringere veritus canones, mutilationem humani corporis sub gravibus penitibus prohibentes, ipsenem Presbyterum innocentem & inculpabilem Suessionensis Episcopo subditum, per vim suum in conspectum pertractum, proprio iussa fecerit genitalibus non sine vita periculo truncari, exsticandi implacabili odii causa, quo erat aduersus ejus Episcopum in- census; ut ex Suessionensis Episcopi Rhotaci scriptis hac de re ad Nicolaum primum Pontificem litteris perspi- cue constat.

CONCILII VVORMATIENSE

anni Christi 868.

1. *Wormantia civitas est Vangionum ripæ Rheni ad dexteram versus Galliam adjacens; in hac, sub Hadriano Papa secundo, Imperatore Ludovico secundo, anno 868. habitum est istud Concilium.*

Can. III. *Placuit, quoties ab aliquo fideliū ad conse- crandas Ecclesiā Episcopū invitatū, non quasi ex debito munis aliquod a fundatore requirat, sed s[ic] ipse qui- dem aliud ex suo voto obtulerit, non respiciat. Atta- men unusquisque Episcopū meminerit, ut non prius dedi- cet Ecclesiā, nisi ante dōrem Basiliacū & obsequium ipsius per donationem chartula confirmatū accipiat: nam non levis est ista temeritas, se sine luminarib[us], vel sine fab- stantiali sustentatione eorum, qui ibidem servitū sunt, tamquam domus privata consecrēt Ecclesiā.*

2. Can. 5. qui prolixus est, decernit Baptismum sive sub tria, sive sub unica immersione conferatur, dummodo tres sigillatim Trinitatis Persona invocentur & per ea ratum ac validum esse. Probatque testimonio Gregorii Magni Pontificis lib. 1. epist. 41. ad Leandrum Episcopum; quod etiam refertur in Decreto de consecr. dist. 4. c. de tria.

Can. VIII. *Igitur Presbyteris, quamvis cum Episcopis plurima mysteriorum communis sit dispensatio, quedam ta- men auctoritate veteris Legis, quedam Novellis & Ecclesiastice regulis prohibita sibi noverint. Consecratio ergo Virginum, & benedictio vel unctio altaris a Presbyteris minime fiat. Similiter non licet illis Ecclesiās consecrare, nec per impositionem manus Paracletum Spiritum tradere: nec christmate Baptizatorum frontem signare, sed nec pu- blice quidem in Messe quemquam penitentium reconcilia- re: h[oc] enim omnia Presbyteris illicita esse cognoscuntur, quia Pontificis apicem non habent; quia tamen omnia episcopi auctoritate Canonum concedantur.*

Sunt & aliae multæ benedictiones, consecrations, &unctiones, Presbyteris vetita, quæ in Pontificali exprimuntur. Canon iste falso attribuitur a Gratiano c. quan- vis, dist. 68. epikole cuidam Leonis Papæ I. quæ ab eruditis spuria cenfetur.

Can. XXII. *Si pater, vel mater, filium filiamque intra septa Monasterii in infancia annis sub regulari tra- diderint disciplina, non licet eis, postquam ad puber- tatis pervenerint annos, egredi. & matrimonio copulari. Hoc ergo omnino devitandum est, quia nefas est, ut obla- tis a parentibus Deo filis voluntatis fratre laxentur. Ig- tur, ut prædictum, non licet eis susceptum habitum un- quam deferere: sed convicti, quod aliquando tonsuram aut Religiosam vestem habuerint, in Religionis cultu ve- lint nolint permanere cogantur. Huic consonat, qui se- quitur.*

3. Can. XXIII. *Monachum ergo aut paterna devotio, aut propria professio facit; Quidquid horum fuerit alli- gatum,*

gatum, tenebit. Proindeque huic ad mundum revertendi interdicimus aditum, & omnes ad seculum interdicimus regessus.

Canon iste iisdem erutus est verbis ex can. 49. Con- cilii Toletani quarti, celebrati anno Christi 633, cui præsidentis Isidoro Hispani septuaginta Episcopi, aut absentium Vicarii ex omnibus Hispaniarum Provinciis interfuere. Habetur quoque 20. qu. 1. c. Monachum. Hoc idem constituit Gregorius secundus in sua ad Bonifacium Moguntinum Episcopum epistola. Isidorus pariter allegatur, c. quicunque, 20. quest. 1. Idem iteratur decretum in Concilio Triburieni, quod citatur in c. quem progenitores, 20. quest. 1. Alexander Papa tertius hoc idem firmat de oblatione in Monasterio a parentibus liberis, in parte 50. appendicis ad Concil. La- teran. c. 10. post quem Clemens Papa tertius hanc eamdem confirmat disciplinam & usum, c. cum virum, de regularib[us]. Itaque septingentes fere annos usque adeo effusa Patrum in liberos nondum sui per ætatem compotes, potestate usa est Ecclesia: quam modum majori jure & aquitate coercuit. Urgebant fortassis exempla Samuelis, quem mater infantem tabernacula obfuscauit, & Jephé votum, quo filium unigenitum immolavit. Quinimum favore Religionis Monas- tice ulterius etiam progressi sunt olim Ecclesiæ Canones. Ex quo enim aliquis & adulteri & sui juris nec tam mentis compos, aliena voluntate fuerat in ægri- tudine Monastico ecclu[m] amictus, si deinde convale- scet, obfrictus indispesibiliter permaneat ad reli- quum vita in Monachali veste atque instituto traducendum. Adeo ut Hispania Rex Vamba, & insigni pietate, & bellica laude, & relatis de Saracenorum gente victoriis inclutus, cum in morbum incidisset, alienatus a sensibus, ab Episcopis & Proceribus regni pro con- fuetudine tunc temporis vigente, Monastica veste indu- tus, & deinde convalescens, se astrictum Monasticis in- stitutis agnoscens, Regnum suum in Ervigium transflu- lerit, & in Monasterium, quamvis nihil tale animo propositusset, se alieno ligatus facto abdiderit: ut liquido constat ex Concilio Toletani XII. capit. 1. Cujus etiam secundus Canon generali sanctione decernit, neminem qui in ægritudine, quantumvis in delirium ac phrenesin lapsus, habitu fuerit Monastico per alium indu- tus, posse nisi per crimen & dampnatum apostolam habitum ita susceptum dimittere, & esse ad Monastica instituta compellendum. P[ro]nam nihilominus excommunicationis in Sacerdotem decernit, qui non petenti agroto Monachicum amictum indiderit. Id Concilium anno Chr. 681. initum fuit, vivente in Monasterio Vamba, & Ervigio regnante.

z. Lotharius perpetuo tergesatus, tandem a fratre Ludovico Imperatore rogatus, ut sibi suppeditas in Italia contra Saracenos ferret, Romanum contendit anno 869. extincto ante biennium Pontifice Nicolao. Atque per fraudem & mendacium ab ejus successore Hadriano secundo veniam exoravit, cum sub Dominici Corporis communionem Valdrada le pellice abstinuisse post interdictum Nicolai, atque in potestate Pontificis se fuisse dejerasset, perjurii poenas mox in redditu dedit. Eodem quippe anno Placentia lethali morbo confectus est. Hec referuntur ab Othono Frisingensi, a Reginone, ab Anas- tasio in Nicolao primo & aliis.

3. Philippus eius nominis primus Francia Rex, repudiata legitima uxore Bertha Comitis Hollandie filia, ex qua etiam filium Ludovicum cognomine Crassum, qui patri in Regnum successit, suscepit, illegitimo fi- toro Bertradam ascivit cognatum suam, Fulconis Comitis Andegavensis adhuc viventis conjugem. Hisce nefarisi aulis Urbanus Papa secundus se constanter op- posuit, quamvis gravem metuendi causam haberet ho- met patiens infensum Henricum Imperatorem, & ab hoc intrusum Antipapam Guibertum; imminaretque grave periculum, si Rex hac irritatus oppositione schismati- se adiungeret, suumque in illud traheret Regnum. Eg- go Legatum suum Urbanus in universo Regno Ugo- nem designavit Lugdenensem Archiepiscopum, qui fine mora Concilium nationale Gallicanorum Antipapum in oppido indixit, quod hujus Scriptor historiæ Beroldus Ostiense vocat, quod multi esse rentur Augustodonus seu Eduam, Gallice *Annon* in Burgundia Duca- tu. In hac Synodo sincere gesta sunt omnia. Rex Phi- lippus in proprio Regno a subditis Episcopis communione fidelium excisus est ann. 1024. cumque nihil fe- cius ille in contumacia persistet, ipse demum Urbanus ortu Gallus in Galliam profectus, aliud Concilium universalis Claromonte in Averni coegerit ducentorum & quinque Antilitum, in quo Philippus denuo cum pellice Bertrada excommunicatione a fidelium cœtu fuit resecatus. Ad postremum Rex idem resipiens Bertrada longa a fe amovit. Ipsa vero Regina Bertha præcedente anno procul a Regia & vivis exceferat, ut li- queret ex Chronico Cenobii Sancti Petri Vivi diœcesis Senonensis, iisdem temporibus conscripto a Clario Mo- nacho. Observatu dignum est, quod Petrus Matthæus sub finem historiæ Sancti Regis Ludovici refert ex veteri Codice Abbatis Nogentini Guiberti scripto, sed regno Ludovici Crassi, quem Philippus ex Bertha filium & suc- ceffore habuit, Philippum initio Regni complures stru- mis morbos suo contactu curasse; sed illud amissis privi- legiis, neque posthac, dum vixit, recuperasse, ex quo ejus-

Can. XXIX. *Sepe contingit, ut quis dum operi nece- ssario infestis arboreo incidat, aliquis subris ipsam veni- nientis deprimator; & idcirco si voluntate vel negligencia incidentis arboreo factum est, ut homicida debet omnino penitentia submitti. Quod si non voto, non incuria ille, non denique scientia contigit; sed dum ille operi necessario fortassis incumbet, iste imperatus occurrere sub arbore improvisus advenit, & sub ipsa nemine va- lente penitus adjuvarere suppressus est, incisor arbore ho- micida proculdubio non est comparandus. Citarum c. sepe contingit dum quis, dist. 50.*

Can. XXX. *Si pater, vel mater, filium filiamque intra septa Monasterii in infancia annis sub regulari tra- diderint disciplina, non licet eis, postquam ad puber- tatis pervenerint annos, egredi. & matrimonio copulari. Hoc ergo omnino devitandum est, quia nefas est, ut obla- tis a parentibus Deo filis voluntatis fratre laxentur. Ig- tur, ut prædictum, non licet eis susceptum habitum un- quam deferere: sed convicti, quod aliquando tonsuram aut Religiosam vestem habuerint, in Religionis cultu ve- lint nolint permanere cogantur. Huic consonat, qui se- quitur.*

Cabassutii, Notitia Ecclesiastica.

DIVERSA CONCILIA

in cassis nuptiarum illegitimarum, a Francis Regibus initiarum, tum Carolina, tum Capetiana stirpis.

1. L. *Otharius Lotharii primi Imperatoris secundus na- tus filius, mortuo patre cum Ludovicus major natu Imperio poterit, Regnum pro sua parte obti- nuit Orientalis Francie, quæ Austrasia jampridem dice- batur, deinde Lotharingia vocata est, deducit nomine five a Lothario patre, five de ejus, de quo loquimur, filio, quod Regnum multas Rheno & Mosa fluijs in- claudit Provincias complectebatur, tum Belgicas, tum Palatinatum tractum, & Alsaciam, & quæ restricto nunc admodum significata Lotharingia Ducatus appellatur, & Sequanos, Burgundos, deinde Lugdunum cum tuo tractu, Sabaudianque & Helvetios, Val- lessios & Rhetos, aliaque ditiones. Ita itaque Lotharius uxorem Theubegam Bosonis filiam falsis onerata accusationibus repudiavit, & Valdradam pellicem, quam afflictum deperit, in matrimonium assumere voluit. Hac de re cum ad Nicolaum I. Pontificem miss- set, isteque respondere cunctaretur, sperans hac potius mora quam prompta contradictione illum sensim ad officium redditum; Lotharius omnis impatiens dilatio- nis, concilium octo Episcoporum Aquigranii cogit, ann. 862. quorum adulatione nova illi cum Valdrada permisit sunt nuptiae. Id vero Nicolaus indigne tulit, alterumque Concilium apud Mediomatrices indixit, sed pati ac illud prius eventu: similque Legati eo ex Concilio Romanum directi sunt, qui fuerant utriusque Conciliarii principes, Guntharius Agripinensis & Teutigarius Trevirensis Archiepiscopi: sed Nicolaus in Lateranensi Concilio ambos dignitati movit, similque Synos- dos Aquigranensem atque Metensem reprobavit. At il- lii Pontifici rebelles pro Episcopis nihilominus se gesse- runt. Nicolaus vero institutus, ut alii eorum loco Epis- copi crearentur.*

2. *Lotharius perpetuo tergesatus, tandem a fratre Ludovico Imperatore rogatus, ut sibi suppeditas in Italia contra Saracenos ferret, Romanum contendit anno 869. extincto ante biennium Pontifice Nicolao. Atque per fraudem & mendacium ab ejus successore Hadriano secundo veniam exoravit, cum sub Dominici Corporis communionem Valdrada le pellice abstinuisse post interdictum Nicolai, atque in potestate Pontificis se fuisse dejerasset, perjurii poenas mox in redditu dedit. Eodem quippe anno Placentia lethali morbo confectus est. Hec referuntur ab Othono Frisingensi, a Reginone, ab Anas- tasio in Nicolao primo & aliis.*

3. *Philippus eius nominis primus Francia Rex, repudiata legitima uxore Bertha Comitis Hollandie filia, ex qua etiam filium Ludovicum cognomine Crassum, qui patri in Regnum successit, suscepit, illegitimo fi- toro Bertradam ascivit cognatum suam, Fulconis Comitis Andegavensis adhuc viventis conjugem. Hisce nefarisi aulis Urbanus Papa secundus se constanter op- posuit, quamvis gravem metuendi causam haberet ho- met patiens infensum Henricum Imperatorem, & ab hoc intrusum Antipapam Guibertum; imminaretque grave periculum, si Rex hac irritatus oppositione schismati- se adiungeret, suumque in illud traheret Regnum. Eg- go Legatum suum Urbanus in universo Regno Ugo- nem designavit Lugdenensem Archiepiscopum, qui fine mora Concilium nationale Gallicanorum Antipapum in oppido indixit, quod hujus Scriptor historiæ Beroldus Ostiense vocat, quod multi esse rentur Augustodonus seu Eduam, Gallice *Annon* in Burgundia Duca- tu. In hac Synodo sincere gesta sunt omnia. Rex Phi- lippus in proprio Regno a subditis Episcopis communione fidelium excisus est ann. 1024. cumque nihil fe- cius ille in contumacia persistet, ipse demum Urbanus ortu Gallus in Galliam profectus, aliud Concilium universalis Claromonte in Averni coegerit ducentorum & quinque Antilitum, in quo Philippus denuo cum pellice Bertrada excommunicatione a fidelium cœtu fuit resecatus. Ad postremum Rex idem resipiens Bertrada longa a fe amovit. Ipsa vero Regina Bertha præcedente anno procul a Regia & vivis exceferat, ut li- queret ex Chronico Cenobii Sancti Petri Vivi diœcesis Senonensis, iisdem temporibus conscripto a Clario Mo- nacho. Observatu dignum est, quod Petrus Matthæus sub finem historiæ Sancti Regis Ludovici refert ex veteri Codice Abbatis Nogentini Guiberti scripto, sed regno Ludovici Crassi, quem Philippus ex Bertha filium & suc- ceffore habuit, Philippum initio Regni complures stru- mis morbos suo contactu curasse; sed illud amissis privi- legiis, neque posthac, dum vixit, recuperasse, ex quo ejus-*

mores